reuerenter imitentur; Distinctiones namq; conuersationis ho
minum. singulorum agminum ordinibus congruunt. &
in eorum sortem per conuersationis similitudinem deputantur.
Nam sunt plerique qui parua capiunt. Sed tamen haec eadem
parua pie adnuntiare fratribus non desistunt; Isti itaque
in angelorum numerum currunt; Et sunt nonnulli qui diui
ne largitatis munere refecti. Secretorum caelestium summa
& capere praeualent & nuntiare; Quo ergo isti. nisi inter
archangelorum numerum deputantur; Et sunt alii qui
mira faciunt. signa ualenter operantur; Quo igitur isti
nisi ad supernarum uirtutum sortem & numerum congruunt;
Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus
fugant. eosq; uirtute orationis. & ui acceptae potestatis
eiciunt; Quo itaq; isti meritum suum. nisi inter potestatum
caelestium numerum sortiuntur; Et sunt nonnulli qui ac
ceptis uirtutibus. etiam electorum hominum merita trans
cendunt; Cumq; et bonis meliores sunt. electis quoque fratribus
principantur; Quo ergo isti sortem suam. nisi inter prin
cipatuum numerum acceperunt; Et sunt nonnulli qui sic in abiectis
semetipsis cunctis uitiis. omnibus quae desideriis dominantur.
ut ipso iure munditiae. dii inter homines uocentur; Unde et
ad moysen dicitur; Ecce constitui te deum pharaonis; Quo ergo
isti similes quorum comparatione & alii homines ita dixeri
serui sunt. nisi inter numeros dominationum currunt;
Et sunt nonnulli qui dum sibimetipsis uigilanti cura dominantur.
Dumque sollicita intentione discutiunt. diuino amore semper inhae
rentes. hoc in munere uirtutis accipiunt. ut iudicare recte & a
lios possint; quorum profecto mentibus dum diuina contemplatio
praesto est. in his uelut in throno suo dns praesidens aliorum facta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0116